e-codices

D e alia re reſciuiſſe cenſui que ad me attin&
M agna reſ eſt: quam ego tecum ocioſe ſi otium eſt cupio loqui
Eu D ic bona fide tu id aurum non ſubripuiſti· Ly bona non
Eu I ſtuc quoq: bona atque ſi ſciaſ qui abſtulerit
N eque ſcis qui abſtulerit mihi indicabiſ. Ly faciam. Eu neque partem
T ibi abeo quoi ſit indipiſces neque furem excipieſ
Ly I ta. Eu id fallis. Ly tũ me faciat quod uult magnus iupieter
Ev S at heo. age nunc loquere qd uiſ· Ly ſi me nouiſti minus
G enere quo ſim gnatus. hic mihi eſt megadoruſ auunculuſ
M euſ fuit pater anthimachuſ ego uocor Lyconideſ
M ater eſt eumonia. Ev noui genuſ. nunc quid uiſ· Ly id uolo
N oſcere filiam ex tu habeſ. Eu ecce illam domi
Ly I am tu deſpondiſti opinor meo auunculo. Eu omnem rem ręteneſ
Ly I ſ me nunc renuntiare repudium iuſſit tibi
Eu R epudium rebuſ paratiſ atq; exornatiſ nuptijs
V t illum dij immortales omnes deaeq; quantum eſt perdiunt
Q uem propter hodie auri tantum perdidi infelix miſer
Ly B ono animo es. et bene dice nunc quę reſ ẽ & gnatę tuae
B ene feliciterq: uortat ita dij faxint inquito
Eu I ta dij faciant. Ly et mihi ita dij faciant Audi nunc iã
Q ui homo culpam admiſit in ſe nullus ẽ tam parui pretij
Q uin pudeat quin purget ſe ſe. nunc te obteſtor euclio
V t quod erga te imprudenſ peccaui aut gnatam tuam
V t mihi ignoſcas. eamq: mihi uxorem des ut legeſ iubeat
E go me iniuriam filie fecisse fateor tuae
C ereris uigilijſ per uinum atq: impulſu adoleſcentię
Eu H ei mihi quod facinuſ ex te ego audio. Ly curre ẽ uias
Q uem ego auon feci iam ut eſſes filię nuptijſ
N am tua gnata peperit decumo menſe poſt: numerum cape
E a re repudium remiſit auuncus cauſa mea
I intro exquere ſit ne ita ut ego predico. Eu perij oppido
I ta mihi ad malum malae res plurimae ſe adglutinant
I bo intro ut quid huius nunc ſit ſciam. Ly iam te ſequor
H aec propemodum iam eſſe in uado ſalutiſ reſ uidetur
N unc ſeruum eſſe ubi dicam meum ſtrobilum non reperio
N iſi etiam hic operiar tñ pauliſper poſtea intro

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 41r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/41r)